



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

§. 45. Palæologi crudelitas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

§. XLV.

Sæcul. XIII.
A.C. 1280.*Palæologi crudelitas.*

Contra Imperator schismaticos in desperationem agebat per suspiciones & crudelia facta sua: nam molestissime ferebat, quod evertere fidem diceretur tunc, cum maxime studeret eam reddere purissimam. Itaque in Anatolia versans mense Julio an. 1280, quos Constantinopoli in carcere detinebat, Principes adduci ad se voluit; & interroga-
Sup.lib.86.
 tos per dies aliquot vituperiis & injuriis §. 56.

onerans, duos, qui fleti haud poterant, excæcari jussit, nempe Manuelem & Isaacum Radulphi filios: Joannes Cantacuzenus manus dedit, & Andronicus in carcere obierat. Patriarcha Veccus erat tunc apud Imperatorem, quo præsente duo fratres Vecco exprobabant, quod hoc supplicium subirent ob fidem, quam suisset ipse professus, & ob quam vincula tulisset ante obtentam dignitatem suam. Imperator obcæcari pariter ac equuleo torqueri jussit plures alios sibi suspectos, quasi ad imperium damno liberorum ejus aspirarent: & amor, quo in hos ferebatur, ad multa eum criminia induxit. Speciatim monachos oderat, non tam, quod schismati adhærerent,
Gregoras
 1.5. c.7. n.7.
 Pachym.
 p. 333.
 quam quod numerarent ipsius dies, qui bus

Sæcul. XIII bus finitis se a malis suis liberatum i
A.C. 1280 sperarent. Jactabat terribiles in eu
 minas, quas sæpe non exequebatur, famæ suæ consuleret. Conquerebatu
 autem, quod a primordio ætatis pro
 mico monachorum habitus eos odii
 cogeretur, quippe quos sciret improba
 re suam agendi rationem, vitæque su
 finem indagare. Et vero eorum mul
 divinationibus tribuebant fidem. Pon
 cum suppliciorum metus libertatem lo
 quendi tolleret, contra Imperatorem n
 etu spargebantur libelli, per quos ei su
 coronæ possessio iniqua objiciebatu
 Ipse cum authores eorum comperire no
 posset, sanctionem edidit, qua morte
 pœnæ addicebatur, quisquis tali cum
 bello deprehensus fuisset. Volebat enim
 ut ille, qui aliquod tam mali exempli
 scriptum invenisset, id nec alii moustreret,
 nec ipse legeret, sed protinus ign
 daret.

§. XLVI.

Papæ Nicolai III mors.

Nicolaus III vitam suam diutissime pro
 ducturus ob firmam corporis confi
Rayn. 1280.
n. 23. 24. &c.
ex Ptol. Luc. tutionem, moderationemque sui regni
Bern. Guid.
Jord. MS. videbatur. Sed apoplexia tactus
 misso linguæ usu die octavo Assumpti
 in cœlum Dominæ Nostræ 22 Aug. 1280
 animam